Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

Nvm. 3. Inferior Praefectura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

Visual Library

Beſançon, ſui iuris. — chiepiſcopus Princeps Imperij: ad Dubim Fl. *le Doux*, ſita eſt.

NVM. 2. *Media, ſeu Dolana*, le Bailliage de Dole.

CONVENTVS DOLENSIS
Bailliage de Dole.
- DOLA: *Dole*, muris firmiſſimis cincta à Carolo V. & ſeptem propugnaculis Regiis, ad Dubim.
- Rupefortium: *Rochefort*, ad Dubim.
- Loya: *Loye*, vel *la Loye*, burgus ad Lupam *la Louue*.

CONVENTVS QVINGINSIS
Baill. de Quingey.
- QVINGIVM: *Quingey*, ad Lupam; ad hanc vrbem cauernæ, vbi lapides reperiuntur naturæ ludentis opera.

C. ORNANENSIS
Bailliage d'Ornans.
- ORNANVM: *Ornans*, ad Fl. Lupam.
- Caſtrum nouum: *Chaſteau-neuf.*

NVM. 3. *Inferior Præfectura*, le Bailliage d'Aual.

CONVENTVS SALINARVM
Bailliage de Salins.
- SALINÆ: *Salins*, quas Fl. Folica *Forica*, perluit, móxque in Lupam cadit. Sic dicitur à fontibus ſalſis, vnde ſal excoquitur.
- S. Anna: *Sainƈte Anne*, caſtrum firmiſſimum.

CONVENTVS MONMOROTENSIS
Bailliage de Monmorot, ou de Lion le Saulnier.
- MONS MOROTVS: *Montmorot*, vbi fontes ſalſi: hícque ius olim reddebatur, ſed iuridica ſedes tranſlata in vrbem ſequentem.
- Lonſalinum, Lugdunum Salinarum Thuano, item & Salinatorium: *Lion le Saulnier*, vel *Lon-le-Saulnier*, cuius Dominus Arauſicanus Princeps, vrbs lepida.
- Bletterum: *Bletterans*, ad Fl. Collam *Seille*, aut *Seugle*. Nomen à frumento habere dicitur, quod Gallis *Bled*.

CONVENTVS PONTARLENSIS
- PONTARLVM: *Pontarlier.*
- Vſeria: *Vſier*, vrbs cum caſtro, cuius incolæ Irones magni.

Bailliage de Pontarlier.	Rupes Ioannis: *Roche-Iean*, à conditore nomen habet.
CONVENTVS POLIGNIENSIS, *Bailliage de Poligny.*	POLIGNIVM: *Poligny*, lepidum cognominatum, nunc deformatum incendiis. Caſtrum Caroli: *Chaſtel-Châlons*, à Carolo Magno conditum perhibetur. Balma-virorum: *Baulme les Moines*, ad diſcrimen ſuperioris.
CONVENTVS ARBOSIENSIS *Bailliage d'Arbois.*	ARBOSIVM, vel quibuſdã Arboroſa Marcellini: *Arbois*, cuius vina laudantur in multos annos ſeruata, ad Fl. Lauſtinam *Lauſtine.*
CONVENTVS ORGELETANVS *Bailliage d'Orgelet.*	ORGELETVM: *Orgelet*, cum caſtro mercibus diues. Sanclaudius: *S. Claude*, vbi corpus S. Claudij integrum aſſeruari dicitur. Sanſorlinum: *S. Sorlin*, ad Fl. *Dain.* Clarauallis: *Cleruaux*, vrbs non illepida.
TERRITORIVM NOSERETHENSE *Territoire de Noſereth.*	NVCILLVM, ſeu Noſerethum: *Noſéreth*, ſui iuris, nec ad ſuperiores Præfecturas pertinens, ad initia Fluminis *le Dain.* Caſtrum eius Plumbeum dicitur *le Plomb*, quia plumbo obtectum. Calx: *la Chaux*, arx munitiſſima in agro Noſſerethenſi.

§. 3. *Breſſia.*

ERAT illa ante aliquot annos Sabaudici iuris; ſed Henrico Magno repetente Marchionatum Saluſſiarum qui Francici iuris erat, conuentum eſt inter duos Principes, vt Marchionatus ille trans Alpes Sabaudo relinqueretur, dummodo Breſſiam & adiacentes regiunculas in Francicam ditionem nimis excurrentes cederet; quod factum eſt magno Rei Sabaudicæ damno vt ipſi queruntur, ſéque id feciſſe aiunt Caſtoris exemplo, qui partem mauult quàm totum perdere. Vno igitur nomine ditionem hanc Sabaudicam Breſſiam appellamus, cui adnectimus Principatum Dombenſem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN